Nos Iacussius dictus Pekza pro tunc iudex seu advocatus provincialis iuris Theutonici in Castro
Cracoviensi per magnificum principem dominum Lodwicum dei gracia Regem Polonie Illustrem constitutus
una cum Scabinis eiusdem iudicii infrascriptis tenore presencium universis et singulis declaramus
Quod cum Hazka relicta Petri dicti Kossanz Civis de Slomnik nomine Petri filii sui con-
sanguineum de Marcello causam in Miechovia Stachne relicte Francisci olim Civis ibidem de
Miechovia sustollere voluisset, dicta vero Stachna nomine filii sui Iohannis asserebat se con-
sanguineum de predicto Marcello post mortem Francisci mariti sui ... simul cum predicto
Marcello de manibus seu possessione evicisse, at vero Hazka memorata quasdam litteras
nostri iudicii nostro sigillo sigillatas coram predicta Stachna ostendit in iudicio nostro que
asserebant et stabant eundem Marcellum cum allodio extra Cracoviam memorato Petro
Kossanz ... obligatum. Nos vero visa gracia litteras nostras ipsas presentibus approbamus et
ratificamus. In cuius rei testimonium presentes nostras dedimus sigillo Iudicali quo in iure in
dicto utimur fecimus communiri. Actum et datum in Castro Cracoviensi feria quarta proxima
ante dominicam Letare Anno domini M° CCC° lxxx° secundo. Presentibus hiis Dyrslaone et Stephano
Civibus Cracoviensibus Stanislao de Gloszczow Mroslao de Cyrborow Stanislao de
Paczoltowicz Nicolao de Czaonicz Scabinis iuratis et aliis multis fidedignis

12. III. 1382.

Privilegium pro Nawello(?) Leppidi(?) Mychohow(?) ...
de Szluminski(?)

Ex Sect. Ji. Nro 17
76

Privilegium ...
... Conventus ...

1382 donat.

Feria 4. ante Dominicam Laetare.

Ex Scatul. Sectio Sub Num. 56 Ri.

A
9